

Ibi: Item & in alienandis rebus Ecclesie inferioris.

28 Si Episcopus velit, ut principalis Author, rem Ecclesie inferioris alienare, Capitulum debet intervenire ad tractandum de alienatione, & consentiendum, perinde ac si bona Cathedralis forent distrahenda; Molin. d. disp. 468. num. 14. Tusch. lit. A. conc. 271. num. 53. Bonacin. num. 10. vers. Adde cum predictis, Ricci. decis. 6. Delbene num. 23. Quo casu si Ecclesia, cujus bona alienanda sunt, Rectore careat, defensor ei assignandus erit: ut ipsam tueatur, Hermosill. num. 54. Bonacin. num. 9. vers. Quod si Ecclesia, Rebuff. sup. n. 59. Delbene, n. 20. Molin. ubi proxime.

Ibi: At si alienatio fiat per ipsius Ecclesie Rectorem.

29 Si Rector Ecclesie inferioris velit rem ejus alienare, tractatum habere debet cum beneficiarii, sive Collegio Clericorum, quorum consensu praecedente, auctoritas Episcopi impetratur: quod si in ea beneficiarii, vel Collegium non sit, sufficit, quod Praelatus assensum praestet, nec Capituli Ecclesie Cathedralis tractatus, aut consensus requiritur, Castill. d. c. 54. n. 22. Pat. Vazq. sup. n. 42. Hermosill. & Molin. ubi proxime, Bonacin. n. 9. Avendañ. sup. n. 5. Delbene n. 4.

Ibi: Et licet Innocentius in cap. 1. de transactionib.

30 Episcopus alienationi auctoritatem accommodat, non in modum decreti, sed, causa cognita, consensum praestat, Vazq. sup. ubi quid haec inter se differant, Molin. num. 4. Quamquam communiter decretum esse interponendum asseratur, Ricci. in prax. for. Ecclesiastic. decis. 80. alias 94. Pet. Gregor. num. 6. August. Barbol. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. num. 35. & alii. Consensum a decreto in eo distingui tradit Glos. verb. tractatus, in cap. 1. de reb. Eccles. in 6. & Sylvest. in sum. verb. Alienatio, quest. 2. quod ille est multorum voluntas, ad quos res pertinet, conjuncta: decretum vero est sententia, qua Judex declarat, contractum justum fore, suam interponens auctoritatem, de quo consule Caldas in l. si curatorem, verb. contractu, num. 22. vers. Et quia, C. de in integ. restit. ubi differentiam tradit inter consensum, licentiam, decretum, & auctoritatem. Praxis, quae servatur per Episcopos in auctoritate praestanda, docet Ricci. sup. decis. 94. alias resolut. 80. Aug. Barbol. ubi proxime.

31 Contingit, ut bona alienanda in una dioecesi sint sita, & Ecclesia ad quam pertinent in altera, ex quo dubitari solet cujus consensum Rector, qui alienare intendit, debeat postulare: & verius, ac receptius est, Episcopum in cujus jurisdictione Ecclesia extat, auctoritatem esse interpositurum, nec desiderari, quod consentiat ille; in cujus dioecesi bona sunt sita, ut notat Bald. in authent. hoc jus porrectum. col. 4. C. de Sacrosanct. Eccles. Felin. in cap. dilectus 29. col. 6. vers. Septimo, de rescript. Glos. in cap. hujusmodi, verb. Duos, 10. quest. 2. Tusch. dict. conc. 271. num. 67. licet contrarium probet Glos. verb. Episcopi, in cap. in venditionibus 40. 17. quest. 4. per textum in l. si praedium 16. C. de praed. minor. cui consentit. Pet. Gregor. dict. lib. 25. cap. 8. num. 17. dum resolvit, tutius esse, quod ab utroque praestet auctoritas: sed certe diversa est ratio in alienatione rei Ecclesie, & minoris quoad hoc; nam in rebus Ecclesie distrahendis, desideratur Superioris assensus, quod solum refertur ad personam alienantis: in alienatione immobilium minoris requiritur decretum Judicis competentis: quod respicit tam personam, quam rem, quia ratione loci, ubi res sita est, competit jurisdictionis, quod de ea tractatur, l. fin. C. ubi in rem actio, cap. fin. de for. compet. l. 32. vers. La quinta, tit. 2. part. 3. late Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. n. 143.

Ad Num. 2.

Ut alienatio rerum immobilium, aut mobilium pretiosarum Ecclesie, quae servando servari possunt, subsistat, duo simul concurrere necesse est, & juxta alienandi causa, & solemnitas jure descripta, Gregor. Lop. in l. 63. glos. 1. tit. 18. part. 3. Delbene sup. arbitrat. 20. num. 1. Castill. de

usufruct. cap. 54. num. 8. Bonacin. sup. punct. 4. num. 14. Malcard. d. conc. 75. num. 6. Molin. disp. 468. num. 15. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quest. 28. num. 4. Ricci. sup. decis. 12. num. 1. Pat. Vazq. dict. dub. 12. num. 39. Hermosill. ubi proxime, num. 21. Cevall. commun. tom. 1. quest. 675. n. 14. Pellizzar. n. 123. Tusch. lit. A. conc. 272. in princip. & alii plurimi apud Aug. Barbol. in collectan. ad c. 1. n. 10. de reb. Eccles. in 6.

Quod adeo verum est, ut quamvis assensus Pontificis omnes juris solemnitates supplere valeat, prout dictum est sup. num. 17. causa legitima defectum non tollit, nisi id expresserit; Delbene dubitat. 9. tit. difficultatis resolutio. Hermosill. d. glos. 1. num. 86. Quarant. in sum. Bullar. verb. Alienatio, num. 7. Pellizzar. num. 124. Redoan. de reb. Eccles. quest. 22. num. 75. Bonacin. sup. num. 7. Rota decis. 178. num. 2. part. 2. diversor. Sed si nulla subsistat causa alienandi, nec Summus Pontifex valet pro libito bona Ecclesiarum alienare, maxime si in laicos transferantur, Tusch. d. conc. 271. num. 50. fuse Delbene dubit. 27. ubi resolvit, alienationem factam a Pontifice sine causa in Ecclesia, esse injustam; in laicos, nullam; poenas tamen contra alienantes statutas non incurri. Illud autem quod ex aliis insinuavimus, scilicet assensum Apostolicum causa supplere defectum, si exprimitur, accipiendum est, quando aliqua subest causa, de qua dubium est, an legitima sit, vel sufficiens; quoniam tunc Pontifex poterit eam juxta arbitratu, alienationi assensum praebere, non obstante defectu: ut saltem inter Ecclesiasticos, valida sit alienatio: de quo est omnino videndus Bonacin. sup. punct. 5. §. 2. per tot.

Ibi: Nam quod alienatio.

Adversus communem supra traditam opinionem sunt, qui sentiant, alienationem cum solemnitatibus celebratam mero jure valere, quam Ecclesia beneficio restitutionis in integrum poterit impugnare; ut videre est apud Cevall. ubi proxime, qui fundamenta, & auctores adducit. Illa tamen tenenda est.

Ibi: Cui considerationi responderi poterit.

Adde Delbene dubit. 20. num. 3. Molin. n. 15. Vazq. dub. 11. §. 35. num. 39. & hujus doctrinae exemplum extat in cap. ad nostram 11. de reb. Eccles. de cujus intellectu actum est sup. lib. 1. cap. 3. num. 5. 54. ubi contractus cum legitima causa celebratus fuit, & nihilominus Monasterium adversus eum restituitur propter laesionem, & ita intelligi debet cap. 1. de in integ. restituit.

Ibi: Sed & opinio posterior potest procedere.

Alienatio rei Ecclesiasticae ex causa, quae justa putabatur, quamvis in re talis non sit, mero jure valet; obnoxia tamen est, ut beneficio restitutionis rescindatur: facit l. ult. C. si advers. vendit. notant Molin. ubi proxime, vers. Observa tamen, Tusch. lit. A. conc. 272. num. 8. Vazq. ubi proxime, Ricci. sup. decis. 15. Bonacin. punct. 3. num. 5. Pet. Gregor. d. cap. 8. num. 5. in fine, Pellizzar. num. 135. Tamen contra sentiat Delbene sup. num. 4. §. cum Navarro in comment. de alienat. rer. Eccles. num. 9. & aliis, qui existimant alienationem esse nullam.

Ibi: Aptius sane, & melius defenditur opinio.

Quoties in alienatione bonorum Ecclesie solemnitates juris intervenire consiterit, etiam justa causa adfuisse praesumitur, nisi contrarium probetur, Malcard. d. conc. 75. num. 11. vers. Hoc tamen adverte, Delbene dubit. 9. num. 17. Pet. Gregor. n. 6. Molin. sup. vers. Item quando constat, Redoan. quest. 78. Bonacin. ubi proxime, vers. Adde in dubio. Lotter. sup. n. 41. Pellizzar. ubi proxime, Tusch. d. conc. 271. n. 25. 26. Layman in Theolog. mor. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. nam ubi in quocunque actu decretum, aliaque solemnitates juris intercedunt, omnis fraudis suspicio excluditur, ut late probat Menoch. de praes. lib. 2. praes. 75. per tot. & lib. 3. praes. 84. num. 5. Rurlus

38 Rursus ubi solemnitas deficit, causa alienandi justa fuisse non creditur, Bald. in l. quacunque, vers. Scias tamen, C. de bon. quo liber. Tusch. ubi proxime, Malcard. sup. vers. Secundo, intellige, Menoch. d. praes. 84. num. 6. Sed solus intervenisse praesumitur, Menoch. d. praes. 75. a princip.

Ad Num. 3.

39 Ut alienatio rei immobilis, aut mobilis pretiosae, pro are alieno solvendo subsistat, duo verificanda sunt; tum quod pecunia mutuata expensa fuerit in Ecclesia, cujus res est, ut utilitatem; tum quod pretium creditori fuit solutum: utrumque docet Delbene, prius, dubitat. 20. num. 6. posterius, dubit. 9. n. 20. & Hermosill. in l. 15. glos. 1. num. 33. tit. 5. part. 5. Pet. Gregor. d. c. 8. n. 4. 8. sentiunt Amar. variar. resolut. lib. 1. resolut. 3. num. 55. Gratian. disception. cap. 45. num. 34. 35. Malcard. tom. 1. conc. 617. num. 1. Molin. de primogen. lib. 4. c. 4. num. 20. 21. Sed si res distrahatur causa utilitatis, vel pietatis, necesse non est, probare versionem pretii in causam, propter quam fuit alienata; ut advertunt Hermosill. Amar. Gratian. & alii ex praecitatis. Quomodo autem probetur, dicendum est statim cum D. Covar. suo loco, & secundum hanc distinctionem Rotam judicasse testatur Gratian. ubi proxime.

40 Sed quaeret aliquis cur satis non erit, quod emptor probet pretium creditori Ecclesie esse solutum, cum sic constet, fuisse in illius utilitatem conversum: cui responderetur, non esse verum, pecuniam in commodum Ecclesie cessisse, quamvis illi, qui mutuavit, solvatur; quoniam cum Ecclesia non teneatur ex mutuo, quod in ipsius utilitatem conversum esse non appareat, ut mox probabitur; nihil sua interest, ut creditori solvatur, nisi talis sit, ut possit adversus Ecclesiam experiri. Igitur ad justificandam alienationis causam, quae ad solvendum creditoribus Ecclesie fit, necessarium desideratur, quod probetur pecunia, quae solvenda erat, in utilitatem illius fuisse conversa; alioqui ex defectu causae alienatio non tenet; Delbene dubit. 20. num. 6.

Quod limitandum est, cum credita pecunia in Ecclesia utilitatem praesumitur esse non diversa, (cui praesumptioni quando locus sit: ex sequentibus apparebit) tunc enim satis erit, si emptor probet, pretium quod dedit, creditori fuisse numeratum. Sed si emptor possideat, nec hoc probare cogitur, quia agenti incumbet probare pretium in Ecclesia utilitatem expensum non esse; Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 55. num. 2. Socin. Sen. cons. 13. n. 26. vers. Sexto, probatur, lib. 1. Abbas Panormitan. in cap. 1. num. 9. de deposit.

Ibi: Id evidentiùs constat ex eo.

41 Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi creditor probet, pecuniam in ejus utilitatem esse conversam, cap. quod quibusdam 4. de fidejussorib. Gregor. Lop. in l. 3. glos. 2. tit. 1. part. 5. Delbene sub. dubitat. 20. num. 6. Redoan. de reb. Eccles. rubrican. & quando ex mutuo oblig. Eccles. quest. 4. n. 1. P. Vazq. dub. 11. n. 40. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de actionib. resolut. 1. n. 1. Pat. Molin. disp. 300. n. 2. Fachina. controv. lib. 2. c. 77. cum seqq. Menoch. de praes. lib. 3. praes. 29. num. 36. & de arbitr. cas. 432. a princip. ubi latissime, Tusch. lit. P. conclus. 506. n. 3. Joan. Marienç. in leg. 2.2. glos. 2. num. 2. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Hermosill. in l. 3. glos. 2. nu. 1. tit. 1. part. 5. Pet. Rebuff. in compend. de alienation. rer. Eccles. num. 39. Joseph. Malcard. de probationib. conclus. 1165. num. 3. Stephan. Gratian. disception. forens. tom. 1. cap. 45. num. 1. & cap. 94. num. 46. Seraphin. decis. 366. num. 3. Avendañ. de censib. cap. 64. num. 5. Roderic. de annuis redditib. lib. 1. quest. 14. num. 33. Nicol. Mozz. de contr. actib. tractatu. de mutuo, cap. quomodo deficiat, seu resolvatur, & finiatur mutuum, num. 7. Cardin. Francisc. Mantie. de tacitis, & ambiguis convention. lib. 8. tit. 6. nu. 13. Prosper. Farinae. decis. 301. num. 12. part. 1. Leonard. Less. de justit. & iur. lib. 2. c. 20. dubitat. 2. num. 12. Rebullus de obligation. justitia, part. 2. lib. 8. de iur. quest. 1. sect. 3. numer. 1. 23. August. Barbol. in collectan. ad authenticam, hoc jus porrectum. num. 14. de Sacrosanctis Ecclesiis. Idem in contractu census observandum esse notaverunt Felician. de censibus,

lib. 2. cap. 3. num. 9. D. Joan. del Castill. in tractatu de usufructu, cap. 54. num. 27. in fine, Hermosill. ubi proxime, num. 32. Et illud in aliis contractibus cum Ecclesia celebratis locum non habere, sed in mutuo specialiter admissam esse, advertit Jacob. Menoch, alios referens cons. 114. numer. 8. lib. 2.

Ibi: Sed & hoc verum est, ubi mutuum datur admistrato.

Si pecunia in mutuum detur Praelato simul, & Capitulo Ecclesie, vel Rectori, & Decurionibus Civitatis, praesumitur in earum utilitatem conversa, atque ideo ad solutionem obligantur, nisi contrarium ipsae probaverint: secus si soli Praelato, aut Rectori, sub qua distinctione accipi debet praecedens communis conclusio, ut docent Tusch. dict. conc. 506. num. 26. & conc. 507. numer. 5. Malcard. de probat. tom. 1. conc. 582. nu. 1. cum seqq. Menoch. de arbitrar. cas. 432. num. 3. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 8. tit. 13. num. 9. Gratian. disceptat. forens. cap. 196. num. 1. cum seqq. Trentacinq. ubi proxime, num. 2. vers. Prima opinio; Azeved. in l. 6. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Fachin. sup. cap. 78. vers. Contraria sententia. Idem de Civitate probant Molin. sup. num. 4. & alii apud Hermosill. in d. l. 3. glos. 6. ex num. 2. Tamen contrarium de jure Regio servandum asserit, quoniam Civitates non sunt liberae, maxime si ad distractionem immobilium propter aem alienum deveniendum sit; quod cum pluribus docet Bobadil. in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 87. qui advertit, propter hoc in facultatibus Regiis, quae ad obliganda bona Civitatum expediri solent, clausulam inferi, quod creditor relevatus maneat ab onere probandi versionem pecuniae in Reipublica utilitatem.

43 Praefata conclusio ampliatur, ut procedat in mandatario, qui a praelato, & Capitulo facultatem habet ad recipiendum mutuum Ecclesie nomine; nam intra permissam quantitatem creditor exigere pecuniam ab Ecclesia poterit, quamvis non constet de conversione in utilitatem, Malcard. d. conc. 582. num. 4. Molin. num. 9. Trentacinq. sup. num. 6. Mantie. num. 10. Menoch. d. cas. 432. num. 25. 26. Quod limitat Molin. in habenti generale mandatum ad recipiendum mutuum absque summae praescriptione. Sed si absque mandato ex ordinatione Ecclesie pecunia recipiatur, creditor probare tenetur pecuniam in Ecclesie utilitatem cessisse, Menoch. num. 32. apud quem plures casus, quibus res ista ad amissam aperitur.

Ibi: Verum quia haec Bartoli distinctio.

44 Distinctio Bartoli, quam tradidimus sup. num. 42. communiter rejicitur, quando ad solutionem creditae pecuniae, necesse est, ut ad alienationem pretiosorum mobilium, vel immobilium perveniatur, tunc enim quamvis pecunia Praelato, & Capitulo mutuo tradatur, adhuc creditor probare debet in Ecclesie utilitatem cessisse mutuum, ut illud, distractis praefatis rebus, repetere valeat. Ita docent post Panormitan. Archidiacon. & Alber. Gregor. Lop. in d. l. 3. glos. 2. tit. 1. part. 5. Molin. num. 5. Marienç. sup. d. glos. 2. n. 5. & alii, quos laudat Hermosill. d. glos. 2. num. 2. & Menoch. ubi proxime, num. 7. Et e contra si ad venditionem eorum bonorum deveniendum non sit, quamvis soli Praelato mutuetur, creditor non astringitur ad probandum, pecuniam pro Ecclesie utilitate consumptam esse; Mantie. sup. dict. tit. 11. num. 10. 13. 14. Trentacinq. ubi proxime, numer. 5. Hermosill. num. 23. Molin. num. 6. a qua sententia neminem discrepare testatur Menoch. eam sequutus, n. 17. Sed loquitur vivo, regenteque Ecclesiam eodem, qui mutuum accepit.

45 Haec profeud, sub Doctissimorum Interpretum venia, non ardent; & quoad primam partem; scilicet omnino requiri probationem versionis mutuae pecuniae in Ecclesie utilitatem, si de alienatione rei pretiosae ad ejus solutionem agatur, fundamentum, quo Molin. & sequaces nituntur, non est solidum: aiant enim, quod cum ad earum rem alienationem evidens desideretur utilitas, talis evidentia reperiri non potest, nisi appareat, pecuniam in Ecclesie commodum fuisse conversam.

Hæc inquam ratio solida non est, quia ad hujusmodi alienationem tunc requiritur utilitas evidens, quando ex causa utilitatis fit; non ex aliis, veluti pietatis, aut necessitatis; sufficit enim quod hæc urgeat, nec aliunde succurri ei possit, ut videre est a. ud DD. laudatos *sup. cap. proxim. num. 80.* si igitur ut adversarii volunt, Ecclesia obligatur ex mutuo a Prælo solo, vel cum Capitulo accepto, si res pretiosa ad solutionem non vendatur, non erit utilitatis, sed necessitatis causa, arque ita de utilitate evidenti curandum non est, cum ad sit justissimus ad alienandum titulus, nempe aris alieni solutio, *l. 1. tit. 14. part. 1. authent. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. Pet. Gregor. sup. lib. 2. 5. cap. 8. num. 4.* Imò dici jure potest, rem alienari in evidentem Ecclesie utilitatem, si precium solvatur creditori, cui saltem ex fructibus satisfacere tenebatur.

Nec in contrarium adducere nos debet consideratio *Molina*: videlicet quod admittit *Bartoli* opinione, sequere- tur, quod prælati, & Capituli in potestate foret, immobilia pro libito alienare in Ecclesie dispendium, accipiendo mutuum pecuniam, eamque in usus ei neque utiles neque necessarios expendendo, per quod ad alienationem necessariam deveniret pro satisfactione aris alieni, quod illi fecerint.

Quoniam responderetur primò hoc evenire per consequentiam; quod attendi non solet, *l. 1. ff. de authoritat. tutor.* Secundo, non esse præsumendum de Prælo, & Capitulo, quod bona Ecclesie suæ velint absumere, cum sit delictum; *dolum 6. C. de dolo, l. merito 51 ff. pro socio, Menoch. sup. numer. 11.* Tertio, res immobilis Ecclesie aliàs huic periculo esse subjectas, si Prælati, & Capitulum peperam administrationis munus exercent; nam si fructus dilapident, & alia, quæ servando servari non possunt, disperdant; necesse erit ad alienationem immobilium, vel mobilium pretiosorum, ut Ecclesie necessitatibus subveniantur, pervenire.

Ex quibus omnibus manifestè deducitur, quod cum pecunia mutua Prælo, & Capitulo præsumatur in Ecclesie utilitatem conversa, potest res immobilis Ecclesie vendi, ut creditori, qui sic mutuavit, satisfaciat, licet non probet, pecuniam in utilitatem Ecclesie cessisse, prout, pluribus laudatis, resolvit *Menoch. numer. 13.*

46 Secunda Panormitani, *Molina*, & aliorum assertio impugnat ex *authent. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles. l. civitas 27 ff. si cert. petat. l. 3. tit. 1. part. 5.* Quibus cavetur, Ecclesiam, & Civitatem, quæ quoad hoc æquiparantur, non teneri ex mutuo, nisi versio pecunie in earum commodum probetur; quod absque distinctione cautum est, & ita accipi debet, sive ex mobilibus, sive ex immobilibus debitum sit solvendum; ubi enim lex distinctionem non adhibet, nec nobis distinguere permittitur; *l. non distinguemus, ff. de recept. arbit. l. de pretio, ff. de Publiciana in rem action. quod alibi à nobis notatum est.*

47 Sed replicari potest, quod ex istis juribus, etiam distinctio *Bartoli*, de qua *sup. numer. 42.* impugnat; quandoquidem ea generaliter probant, mutuum non teneri Ecclesiam reddere, dum non probetur ad ejus utilitatem esse consumptum; nec distinguunt, an Prælo soli, vel ei cum Capitulo mutuetur. Dicendum verò est; hanc interpretationem, seu limitationem eas leges admittere ex Legislatorum mente, quibus cordi fuit, Ecclesie; vel Civitatis consulere, quæ si, ut sonant, forent observandæ, in earundem incommodum verterentur; quis enim vellet harum necessitatibus per mutuum subvenire, si ad repetendum, versionem in utilitatem probare cogere? Quam rationem aliud agens considerat *Consultus in l. quod si minor 25 §. Non semper, ff. de minorib. & Molin. dict. disput. 300. num. 8.* Maxime cum ea probatio sit difficilis, ut scripsit *Bart. in d. authent. Hoc jus porrectum numer. 17. Bald. in l. 2. C. Si advers. creditor. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 55. numer. 4.* Inventa ergo est cautela, quæ & Ecclesie præcipitur, ne Prælati ad libitum possint suæ Ecclesie conditionem deteriorare; & creditoribus, ut ab onere probationis difficilis liberentur: Prælo scilicet & Capitulo in mutui receptione concurrentibus. De hoc tamen

consulas *Menoch. dict. cas. 432. ex numer. 17.* ubi rectè probat, quod Prælati, idem; qui mutuum recepit, tenetur ex fructibus creditori satisfacere, etsi non probet, pecuniam in utilitatem Ecclesie expensam. Nec suam turpitudinem allegans audietur Prælati, si pecuniam malè consumplerit, & sic quæ dicta sunt in hoc casu minime procedunt: cum qua limitatione vera est distinctio tradita *sup. num. 42.*

Ibi; *Tutius erit, mutuum pecuniam ab Ecclesia recipi.*

Adde *Hermosill. in d. l. 3. glos. 2. n. 16. tit. 1. part. 5.* ubi alii.

Ibi; *Extra hunc casum.*

D. Covar. accedit *Rebell. de obligat. justit. lib. 8. quest. 1. 48. sect. 3. num. 21.* Sed admittit *Bartoli* doctrina, si pecunia Prælo & Capitulo credatur, Ecclesie auxilium restitutionis in integrum non denegabitur, si ipsa probet, ex mutuo suis necessitatibus; aut utilitati non esse consultum, nec onus probationis creditori incumbere, adversus D. Covar. hic, probant *Menoch. d. cas. 432. num. 13. 15. Mascard. conc. 1165. num. 8. 25. Hermosill. num. 25. Trentacinq. sup. num. 3. Ant. Gom. qui in minore loquitur, variaz. lib. 2. cap. 14. nu. 2. vers. Quinto, infertur. Procedit tamen D. Covar. sententia in mutuantem cum usuris, in cuius odium statutum est, ut in hoc casu ad probandum, pecuniam in utilitatem Ecclesie conversam esse teneatur, ut probatur ex *l. 1. & 2. C. si advers. credit. quæ licet in minore loquatur, ad eam extenditur: quod docent Trentacinq. Hermosill. & alii, & in minore, Anton. Gom. sup. Molin. ubi proxime, num. 14. Sforcia Odd. de in integ. restitut. part. 2. quest. 51. art. 5. à numer. 46. Aug. Barbof. in collectan. ad l. 1. numer. 8. C. Si advers. creditor, ubi plures recenset, nec contrarium sentientes omittit, qui in minore affirmant, quod de Ecclesia D. Covar. in presenti docet.**

Vers. *Qualiter autem probetur.*

Cum difficile probetur versio pecunie in Ecclesie utilitatem, ut proxime dicebatur; probatio nedom per testes deponentes, se vidisse in eam causam fuisse expensam, verum etiam per conjecturas fit, ut inquit *Mascard. conc. 582. num. 5. 6.* Quæ autem illæ sunt, videas apud *Menoch. dict. cas. 422. a. num. 34. & d. præf. 55. num. 5. cum seqq.* In quo plurimum Judicis arbitrio deferendum asserunt, ultra *Menoch. d. cas. 432. num. 17. Mant. sup. lib. 8. tit. 15. n. 15. Mascard. conc. 1165. num. 35. & conc. 1166. n. 8. Hermosill. n. 26.* Præsumptiones, quarum meminit *Menoch.* sunt, si Ecclesia esset cum mutuum fuit acceptum, in necessitate constituta, probitas, & prudentia Prælati, si summa mutua fuerit exigua, si causæ propter quam mutuum datum est, paulò post receptionem subventum apparuerit, si liberationem administrationis sit apud eum, adversus quem versio in utilitatem probanda est, nec velit illum edere, ut Prælati, vel æconomus.

Ad num. 4.

Antequam ad præsentis conclusionis, ac sequentium 50 enucleationem accedamus operæ precium erit prælibare quid de jure circa emphyteusim rerum Ecclesie sit constitutum? Et in primis sciendum est, verum esse, ne talis contractus fiat, nisi juris solemnitates interveniant, quæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum desiderantur, ut planè probatur ex *d. extravagant. Ambitiosa*, & advertunt *Tusch. conc. 158. num. 1. lit. E. Pat. Molin. disput. 466. num. 2. Caldas de renovat. emphyteut. quest. 16. num. 5. Delbene dict. cap. 17. dubit. 15. numer. 3. 4. Aug. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. numero tertio, Pellizzar. in manuali Regular. tom. 1. tract. 6. capit. 8. numer. 18. Gregor. Lop. in l. 1. glos. 4. tit. 26. part. 4. ubi textus, Bonacin. dict. tractat. de alienat. bonor. Ecclesiasticor. quest. unic. punct. 2. num. 20.*

A qua prohibitionem excipiuntur in *d. extravag. res* 51
litæ

litæ in emphyteusim concedi; quæ si ad Ecclesiam revertantur, poterunt absque solemnitatibus similiter alienari, quibusdam accidentibus conditionibus, quarum meminimus, *sup. num. 1.* quod præter ibi laudatos adnotarunt *Tusch. lit. A. conc. 273. num. 81. Bonacin. ubi proxime, Menoch. conf. 90. num. 20. Gregor. Lop. d. glos. 4. Hermosill. in l. 1. 5. glos. 1. num. 92. tit. 5. part. 5. Lessi. de just. lib. 2. c. 24. dub. 1. num. 59. Jul. Clar. receptor sentent. lib. 4. §. Emphyteusis, q. 6. n. 1. Quarant. sup. num. 39. cum seqq.* Quæ etiam in feudo procedunt, de quo, & emphyteusi, DD. promiscuè loqui solent; nam de uno ad alteram, & è contra, valet argumentum, ni aliud expressim cautum reperitur, ut observat *Cancer. variaz. part. 1. cap. 11. n. 2. Clar. §. Feudum, q. 3. vers. Dicit etiam. De quo vide Valac. de jure emphyteut. lib. 1. q. 39. num. 19.* ubi differentias inter feudum & emphyteusim fasè refert.

52 Circa intellectum præfatæ constitutionis quaritur, quando res dicatur solita infeudari, ut alienari eodem modo, omittis solemnitatibus, possit: de quo *Jul. Clar. sup. §. Feudum, quest. 113. num. 4. Pellizzar. num. 9. vers. Respondeo requiri*, *Gregor. Lop. ubi proxime, Redoan. de reb. Eccles. quest. 62. num. 4.* Et receptum est, unicam concessionem juris solemnitatibus servatis, sufficere, ut res ad Ecclesiam rediens, iterum non solemniter infeudetur ut docet *Pat. Molin. disp. 468. num. 19. vers. Duo in lucem. Barbof. sup. num. 29. 32. Pellizzar. nu. 18. Hermosill. nu. 91. cum seqq. Delbene dubit. 1. nu. 36. & dubit. 15. num. 14. Gonçal ad regul. 8. Cancel. glos. 6. num. 124. Francisc. Leo in thesaur. for. Ecclesiastic. c. 15. n. 3. Jul. Clar. ubi proxime, communem dicit, sed quod requirantur dux saltem infeudationes cum lapsu quadraginta annorum, ut tutius approbat.*

53 Sed si de solemnitate concessione non appareat, ex lapsu quadraginta annorum præsumitur solemnitas, etiam si una sola intercesserit infeudatio, nisi contrarium probetur, *Molin. ibidem, Barbof. cum aliis num. 36. Gregor. Lop. dict. glos. 4. post medium*, qui tamen plures concessiones requirit. Ratio utriusque assertionis est, quia Prælati novam alienationem non videtur facere, sed præcedentem prole- rare, quæ si legitima sit, aut præsumatur, solemnitates juris iterum adhibere non est necesse. Quod est intelligendum priusquam res, quæ revertitur, bonis Ecclesie incorporaretur, prout jam explanabitur: quoniam postquam res feudalitæ cæteris bonis mensæ commixta est, eadem infeudatio, sive emphyteusis nulla ratione dici poterit; quanquam contra supra tradita senserit minus rectè *Caldas Percir. de renovat. emphyteut. quest. 14. per tot.*

54 Supra tradita verò procedunt duntaxat, cum res ad Ecclesiam reversa, nondum est mensæ incorporata, alioqui Prælati nequibit ipsam absque juris solemnitatibus tradere in emphyteusim, quia non censetur continuatio primæ alienationis, sed nova; *Abbas in cap. ut super, num. 11. de reb. Eccles. Molin. n. 18. Jul. Clar. d. quest. 113. num. 3. Bonacin. sup. vers. Tertia est, Menoch. conf. 79. num. 10. Delbene dubit. 15. a. n. 11. Pellizzar. n. 19.* Imò si bona sint jurisdictionalia, nullo modo licebit Prælati Regularium ea iterum in feudum, vel emphyteusim concedere, quia prohibetur illis per Bullam Urban. VI I. editam *Kal. Non ann. 1625.* quam refert *Pellizzar. n. 20. & notat Peirin. sup. n. 5.*

55 Quando res dicitur mensæ incorporata, inquirendum est, in quo aliqui casus sunt proponendi, ut ita facilius percipiatur *Primus* sit, ubi expressim Prælati voluntatem non concedendi amplius rem reversam in emphyteusim manifestat: & proculdubio sic efficitur de mensa, ne absque solemnitatibus possit emphyteuticari, nec licebit deinceps penitere per revocationem voluntatis; *Molin. n. 20. vers. Tunc verò, Abbas sup. n. 10. vers. Et dicendum est, Claud. de Seyfello in specul. feudor. tit. qui feud. dare possunt, pag. 251.* *Menoch. cum aliis, ubi proxime.*

Secundus est, cum Prælati solum facit describi rem, quæ vacavit inter cætera Ecclesie bona: & ex hoc oritur præsumptio incorporationis, ut alienationi absque solemnitate locus non sit; *Bart. in l. si vacantia, num. 8. C. de bon. vacant. lib. 10. Pellizzar. ubi proxime, vers. Respondeo requiri, Abbas in d. c. ut super, Redoan. ubi sup. Zali in epitom.*

feudor. part. 5. num. 50. Seyfello in sup. vers. Tamen concludendo, Menoch. apud quem & alii, n. 4.

Tertius est, si Prælati rem reversam per tempus aliquod 56 retinuerit, cum de ejus voluntate non constet, tunc queritur quanti temporis lapsus sufficere, ut incorporata præsumatur: circa quod variè reperiuntur sententiæ. Alii unicam annum, alii decem; alii triginta præterire opus esse opinantur; ut videre licet apud *Redoan. ubi proxime, & Menoch. num. 17.* Ex quibus prima, scilicet unius anni lapsu incorporationem præsumi, vera ac communis est; quam tenent *Archidiacon. in c. 1. 35. quest. 8. Molin. sup. n. 20. Abb. in d. cap. ut super, nu. 10. Delbene sup. nu. 11. 12. Deci in authent. qui rem, num. 21. C. de Sacrosanct. Eccles. Vivian. ubi proxime, Guid. Pap. quest. 154. Jul. Clar. d. quest. 13. num. 3. Card. de renovat. emphyteut. quest. 4. num. 23. & alii apud *Menoch. n. 2. qui num. 17. contra sentientes laudat.* Sed hoc limitari debet, quando Prælati habuit justum impedimentum, vel causam differendi ultra annum infeudationem; veluti si idoneum vassallum, vel emphyteutam non inveniat; *Redoan. Pellizzar. ubi proxime, Menoch. ex aliis n. 7. vers. Quintimo Archidiaconi, quò loci rectè inquit, ab hac conjectura à lapsu anni orta, posse Judicem ex aliis præsumptionibus recedere.**

Quibus præjactis, quid sibi velit *D. Covar.* oportet inquirere, dum asserit, rem emphyteusi dari solitam, si ad Ecclesiam revertatur, posse denuò in emphyteusim concedi ea solemnitate, qua consuevit dari; cui subscripsit *Pat. Vazq. in opuscul. tract. de redditibus, cap. 2. §. 2. dub. 16. in princip.* Nam aut loquitur de re emphyteutica jam incorporata bonis Ecclesie; & dubium non est, quin sint adhibendæ juris solemnitates, juxta *d. extravag. Ambitiosa*. si iterum concedatur, ex proxime dictis: aut de re adhuc non incorporata; & est adversus mentem, & commune Interpretum placitum, qui sentiunt, in hoc casu non esse opus solemnitates, si cum illis primò fuit res legitime concessa, sive solemnitates juris sint, sive ea quas introduxit consuetudo, ut notavit *Molin. sup. n. 18. qui subdit: Nec forte aliud voluit Covar. de hoc loco agens.* Dicendum ergo est, *D. Covar. in presenti nihil contra præfatam communem sententiam afferuisse, qui solum docet, quòd quando solemniter est tradenda res in emphyteusim, quæ solita est concedi, sufficit, si adhibeantur illæ solemnitates, quas circa eandem induxit consuetudo, nec quæ jure præscriptæ sunt, desiderantur: quòd ita verum est, ut ex dicendis mox apparebit. Quando autem solemniter talis res concedi debeat, ipse non aperit, sed declaranda est juxta distinctionem supra positam inter incorporata, & non incorporata. Unde rectè *Molin. sup. dixit, D. Covar. adversus communem non sensisse.**

Ibi; *Et licet solemnitas à Canonibus requisita.*

Solemnitates jure Canonico statutas ad bonorum Ecclesie alienationem tolli consuetudine non posse, cum *D. Covar. sentiunt Marefcot. variaz. lib. 1. cap. 95. num. 15. Benintend. decif. 13. num. 7. Clar. d. §. Emphyteusis, quest. 28. n. 7. vers. Etsi dicas, in fine, Rebuff. in d. compend. de alienat. ver. Eccles. a num. 20. Quarant. sup. num. 30. Gamma Lusitan. decif. 33. num. 1. & alii, quos refert, & sequitur Augulf. Barbof. in collectan. ad cap. cum causa, num. 7. de sentent. & re judicat. & num. 10. hanc distinctionem *D. Covar. inter alienationem perpetuam, & emphyteusim, probat.**

Sed contrarium sustinent *Bellamer. in d. cap. cum causa, 59. num. 3. Pet. Gregor. syntagmat. jur. lib. 2. cap. 8. num. 19. Mascard. de probat. conc. 75. n. 24. Chassan. in consuetudinib. Burgund. rubric. 9. §. 9. n. 32. Fortan. de ultim. fin. illat. 14. Cald. sup. quest. 15. num. 1. Pat. Molin. disput. 469. num. 9. & dixi sup. num. 15. 19. nec dissentire videtur *D. Covar. sup. cap. proxim. numer. 6. vers. Quinto, sunt qui.* Ratio est, quia cum hæc solemnitates sint de jure positivo humano, tolli consuetudine possunt, quæ vim obtinet, leges, etiam Canonicas, abrogandi; *capit. fin. de consuetudin. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 1. capit. 5. dubit. 14. sect. 2. num. 1. cum seqq. Aug. Barbof. in collectan. ad d. cap. fin. nu. 10. ubi alios refert, Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quest. 4. num. 48. Gurtier. Canonicar. lib. 1. cap. 4. num. 14. 15. Ad hæc, prædictæ solemnitates lege**